Quelle: https://manuscripta.at/?ID=743
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



lena uidit dñm resurgentē. et iohannes euangelista refert.
mane una sabbati eam uxta sepulchrū flere. Una sabbati
dies dominica intelligenda ē. quia omnis ebdomada insab
batū et inprimā. et insecūdam. et intertiā. et quartā. et quin
tam. et sextam. sabbati diuiditur. Quā ethnici idolorū et ele
mentorū nominibus appellant. Denique et apostolus collectam
pecuniæ quæ indigentibus ꝑparatur. inunā sabbati ꝑcepit
congregandā. Hæc putandū ē matheū et iohannē diuersa
sensisse. sed unū atq; idem tempus mediæ noctis. et gallorū
cantus diuersis appellasse nominibus. Matheus eñ scribit.
uespere sabbati. idē sero. non incipiente nocte. sed iam ꝑ
funda et magna ex parte transacta. apparuisse dñm mariæ
magdalenæ. Et apparuisse uespere sabbati inlucescente
inunā sabbati. se ipsū interpretans qđ dixisset. uespere
sabbati. idest appꝑpinquante iam luce sequentis diei. Et
iohannē non absolute dixisse. una aūt sabbati uenit ma
ria magdalena mane adsepulchrū. sed addidisse cū essent
tenebræ. Cuidē igitur atq; unius temporis. idest mediæ
noctis et gallorū cantus. alterū finē. alterū dixisse prin
cipiū. Michiq; uidetur euangelista matheus qui euangeliū
hebraico sermone conscripsit. non tam uespere dixisse quā
sero. et eum qui interpretatus est. uerbi ambiguitate de
ceptū. non sero interpretatū ee sed uespere. quamquā hæc
consuetudo humani sermonis teneat sero non uesperum
significare sed tarde. Solemus eñ dicere. sero uenisti. idest
tarde. Et qui facere ante debuerat. fac saltum sero. idest
tarde. Sin aūt illud obicitur. quomodo eam maria quæ